

Mariæ de Aquis Aquensis canonice ex una parte, & Tidixius Rofredus de Meladio ex altera sese compromiserunt stare laudi, & arbitrio, seu arbitratui Petri de Pusterna de omnibus litibus, discordiis, & controversiis suis, quæ vertuntur, vel verti videbantur inter eos occasione districtum, & decimæ, quos, & quam dictus præpositus petebat ipsi Tidixio de petia una terræ, & prati, quæ, & quod fuerunt quondam Henrici Bianchi jacentem in territorio Meladii, ubi dicitur Canalis, cui cohærent 10 Vellelmus Rofredus a duabus partibus, hæredes Alberti Casutana, & via publica promittentes ad invicem &c., & super petitione, quæ in libello continetur, qui sic incipit: agit D. Lotterius Aquensis Ecclesiæ præpositus nomine, & vice ipsius Ecclesiæ contra Tidixium Rofredum de Meladio coram vobis Domino Petro de Pusterna arbitro electo, & arbitratore inter dictum Dominum præpositum, & dictum Tidixium in causa, quæ vertitur inter eos, & petit ab eo staria sex grani pro quinto, 20 & staria duo pro decima, & medietatem unius plaustrum fœni pro quinto, & decima pro tempore præterito, salvo jure principalis. Hoc ideo, quia dictus Tidixius tenet, & possidet unam petiam terræ partim prativam, & partim arativam in territorio Meladii, ubi dicitur Canalis, cui cohærent Vellelmus Rofredus a duabus partibus, & heredes Alberti Cassotana, & via publica, & si quæ aliæ sunt cohærentiæ, quæ terra reddit, & reddere debet dictæ Ecclesiæ quintum, & decimam. Item petit 30 dictus Dominus præpositus dicto nomine quartam partem unius plaustrum fœni a dicto Tidixio pro quinto, & decima pro tempore, & de tempore præterito, hoc ideo, quia dictus Tidixius tenet, & possidet unam petiam prati in eodem territorio, & in eadem hora cohærent heredes quondam Ogerii Camalerii, & Scataracii, & heredes Alberti Cassotana, pars cujus prædicti filiorum inferior, quæ est deversus fontem reddit, & reddere debet dictæ Ecclesiæ quintum, & decimam. Unde cum 40 dictus Tidixius laboraverit dictam terram, & pratum, & recollegerit ex dicta terra fructus, & prato ipse, vel alius pro eo, & ex ipsa terra, & prato exierint hinc retro tot fructus quot decima, & quintum de dictis fructibus ascendit usque in prædictam quantitatem, & plus, & dictus Tidixius cessaverit in præstatione dictorum quintonum, & decimarum, ideo dictus Dominus præpositus prædicto nomine agit, & petit ut supra, & ut dictus Tidixius condemnatur in futurum ad præstationem decimæ, & quinti de dicta terra, & de dicto prato 50 versus dictum Dominum præpositum, & versus dictam Ecclesiam, & hoc petit omni jure sibi, & prædictæ Ecclesiæ competens salvo jure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, & alterius petitionis faciendæ. Unde dictus Petrus de Pusterna arbiter, ut supra visa dicta petitione, & visis testibus, & instrumentis, & petitionibus, & confessionibus utriusque partis, & omnibus hinc inde propositis, & habito consilio D. Henrici Rachani, ac plurium 60 sapientum condemnavit dictum Tidixium in staria quatuor grani pro tempore præterito pro quinto, & in starium unum grani pro decima, & in quin-

tam partem duorum plaustrorum fœni usque ad triginta dies proximos. Et ut de cetero det, & præstet dicto Domino præposito nomine Ecclesiæ supra dictæ quintum, & decimam dictæ terræ, & prati, quæ in libello continetur, & absolvit dictum Tidixium a superfluo dicti grani, & fœni petito in libello pro tempore præterito; & lata fuit hæc sententia in scriptis, unde plures cartas unius tenoris fieri præceperunt. Ego Nicolaus Manxionis Notarius Palatinus his omnibus interfui, & hanc cartam, ut supra scripsi. Ego Albertus Galea de Aquis Notarius Palatinus mandato D. Alberti Aquensis Episcopi hanc cartam factam a prædicto Nicolao, sicut eam inveni scriptam, ita & in ipso scripsi exemplo &c. Ego Bonfilius Notarius Palatinus &c.

Particula D. Henrici Episc. Aquens. Testamenti.

M C C L V I I I.

220

Anno Dominicæ Nativitatis MCCLVIII., indict. I., die Veneris XXIV. madii in Castelletto Aquis, præsentibus testibus rogatis F. Guidono de Sezadio, F. Gerardo de ordine prædicatorum, D. Oglerio canonico Aquensi, Henrico de Tercio, canonico Plebis de Meladio, Nicolino clerico Ecclesiæ de Alice, Jacobo Bagnaria, Gabriele Flore de Viqueria, & Armano de Garona de Alexandria. D. Henricus Episcopus Aquensis volens facere testamentum per nuncupationem, quia timebat de defectu suo propter ægritudinem, quam patiebatur, sicut inferius continetur, disposuit, statuit, & ordinavit dando mihi Opizoni infra scripto Notario, ut de quolibet legato, quod fecerit, possim cuilibet pertinenti conficere publicum instrumentum. In præfens legavit Ecclesiæ cathedrali Aquensis Ecclesiæ B. Mariæ petiam unam terræ, quam Episcopus Aquensis visus est habere in territorio Aquis, ubi dicitur ad Pradellum, cui cohærentes illi de S. Lazaro via, sive aliæ sint ei cohærentiæ dicto legato dictæ Ecclesiæ debeant 40 facere sibi anniversarium omni anno, quo sacrista dictæ Ecclesiæ percipiat fructus dictæ terræ, & ipsos fructus in die anniversarii dividat inter canonicos, qui fuerunt præsentibus ad officium dicti anniversarii, si vero non facerent prædicti canonici anniversarium prædictum, revertatur dicta terra ad Aquensem Episcopum. Opizzo de Monte Morixeno &c.

Declaratio illorum, qui Bestagni tenentur ad fodrum Episcopo Aquensi præstandum.

M C C L V I I I.

221

Anno Domini MCCLVIII., indictione I., die Veneris penultima novembris in castro Bestagni, in consilio more solito congregati. D. Albertus Aquensis electus, & credendarii unanimiter statuerunt, quod sex boni viri de dicto loco eligerentur, qui exceptarent omnes homines de Bestagno, qui non consueverunt dare aliquod in subventionibus, & exactionibus fodri Domini Episcopi Aquensis, & ibidem Domini Electi, & dicti credendarii elegerunt Oglerium Lazzarum, Galubium, Henricum Columbum, Johanninum Lazzarum, Lucium Ariberti, & Gallum Paganum, qui dixerunt omnes